



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus XX. De crimine falsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

tis, tunc propter periculum quod in se suscipit creditor, recte potest aliquid accipere, dum tam non obliget ipsum debitorem ad contractum illum assurcationis celebrandum; quia tunc usura committitur, siquidem usurarius contractus censetur ille, in quo debitor ultra fortem obstrin-
gitur aliquid emere, vendere, locare, etiam iusto prelio, quod facere minime tenebatur. Covar. lib. 3,
variar. c. 2. nn. 5. Leothardus dict. quest. 23. n. 6. Vnde ex istimo Gregorium in praesenti improbare nauticum fœnus prout jure civili receptum erat, quia similis cum ipso mutuo usuræ promittebantur, eis periculi subeundi facta mentione; non autem improbare Gregorium contractum assurcationis, cum per se, & separatis celebretur, nulla ratione habita mutui, sed periculi suscipendi: & ita praesenti constitutione sublatæ sunt usuræ palliatæ, quæ faciliter commitebantur, eo quod multi non invenientes gratuitos mutuatores, qui sine lucro vellent sibi mutuare, fingebant se velle trahere pecuniam mutuatam in alias provincias longin-

quas, & petebant à mutuante assurcationem pro certo pretio unde deducit. Gregorius prudentissime presumptionem, quod iste sic mutuans pecuniarii traiciendam per loca periculosa, suscipiendo periculum in se ob aliquod pretium, est censendus usurarius; quia prefutur quod vi mutui vulnus.

precium extorquere absque necessitate assurcationis; ideoque forsitan Pontifex non dixit, *Est usurarius;* sed, *Censendus est usurarius.* Nec obstat dubitatio supra adductam nam fateor ob periculum pecuniarum traicienda aliquid recipi posse, sed extra mutuum, ratione periculi, & alterius contractus seorsim celebrati; nam alijs fœnus nauticum fœnus est, & mutui ratione usuras recipit, quod sacris canonibus omnino improbatum, quare etiam subducta hac Gregorij constitutione, puto nauticum fœnus, & maritimas usuras esse prohibitas, & continenter sub generali illa prohibitione, quâ omnis usura iure divino, & Pontificio prohibita est, ut si deficeret hæc constitutio, adhuc nefas esset fœnus nauticum exercere.

TITULUS XX.

De crimine falsi.

CAPUT I.

Augustinus.

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius; primum b Deo, cuius praesentiam contemnit; inde c judici, quem mentiendo fallit: postremo innocentia, quem falso testimonio d laedit. Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeesse non vult, & iste nocere desiderat.

NOTÆ

Augustinus.] Ita etiam legitur in prima collectione sub hoc tit. cap. 1. & ex eodem sancto textu hic citatur à Burchardo lib. 16. Decreti, cap. 12. Gratiano in cap. quisquis 80. 1. 1. quest. 3. Sed inter opera Divi Augustini non repertur verba in praesenti relata: extant tamen apud D. Isidorum lib. 3. sentent. cap. 55. de testibus, ut iam notarunt Ant. August. in presenti, Aldrete in antiquit. Hispan. lib. 2. cap. 11. Integrum caput D. Isidori transcribo, ut faciliter praesens textus intelligatur. Ex mendaci gratis dicitur, quantum magis si venale queritur; neque enim decit multiplex convenitus falsorum, si tanta praesentia sit nummorum. Testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primum Deo, quem perjurando contemnit: secundo judici, quem mentiendo fallit: postremo innocentia, quem falso testimonio laedit. Unum penit crimen habent, & qui falsitatem promit. & qui supprimit veritatem: quia ille obesse vult, & iste prodeesse non vult. Peior est testis, qui laedit, quam qui prestare non vult. Nam ille malignus est, iste inutilis. Testibus falsis conjunctis tardie mendaci falsitas reperitur. Quod si separati fuerint, examine judicantis citò manifestantur. Nam sicut in unitate pravorum grandis est fortitudo, ita in separatione major infirmitas. Fraudulentis & citior reprobantur mendacium; falsidicorum enim testimonij

sibi non convenit, Iniquus testis, quamvis sua falsitas corpori, rebusque impediatur, animo tamen nihil damna confert. Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non solum ille reus est, qui falsum de alio profert; sed & is, qui citio auremente minus prædictus qui metu potestatis veritatem occultat, eiusdem veritatis in crudiam sibi cœlitus provocaat: quia plus pertinet enim hominem, quam divinam trepidat indignationem. Beatus cuius testimonio innocens ab scelere obiecto purgatur: impinguatus proditore etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Christianum morti obnoxium prodere, & ad effundendum sanguinem felicium vocem testificationis prebere. Sermo enim iusti hominis tantum ad ministerium debet esse salutis; ira enim indignationis, & tribulationis, & immissons per angelos malos. In hoc capite agitur de testibus falsis, de quibus, eorumque penitentiis egi in can. 74. Concilij Illyber.

b Deo.] qui præsens est omnibus actibus humanis: quare ob peccatum ita perpetratum illi penitentia injungitur. Facit lex ultima in fine, tit. 12. part. 3.

c Judici.] Vnde ab eo extraordinariè puniri potest lite pendente, l. nullum, Cod. de testib., causa vero finita ad instantiam accusatoris: & si alijs sit incompetens, ex eo, quod testis falsus deligit coram ipso falso deponendo, sit competens;

secus

2.

In Librum V. Decretalium,

secus verò si sit incapax, ut laicus respectu clericis ; quia tunc illum punire non valet, ut pluribus relatis docet Barbosa in presenti.

3. *d. Ledit.*] Vnde talis testis falsum perhibens testimonium, vel negans quod scit, tenetur parti laicæ omnia damna resarcire. *Toletus lib. 5. lumen. cap. 59. num. 5.* Item si juridice interregatus verum celavit, tenetur etiam ad restituitionem danni, quod patitur alter ex veri occultatione, ut alii relatis resolvunt *Diana part. 3. tract. 5. resol. 54. & 4. part. tract. 4. resol. 99. Leffius de iust. lib. 2. cap. 13. dub. 10. & cap. 31. dub. 8. Ferro Maniq. de diff. viri s. fori, quæst. 117.*

4. *e. Ut ergo reus est.*] Consonat lex 1. §. cùm lex si quis obrepserit, ff. ad leg. Corn. de falso, lex 8. Cod. de Episc. & cleric. ibi : *Presbyteri si hoc ipso, quod nihil meuant, vera in testimonio dicendo suppresserint, salva esse debet actio litigatoribus.* Faciunt Plautus in Querulo.

— Pejerat sepe qui facet;

Tantum est enim verum tacere, quantum & falsum dicere.

Ammianus Marcel. lib. 29. hist. Fallere non minus videtur qui gesta praeferit sciens, quam ille, qui non quā facta singuli. *Alconius 3. in Verrem.* Iurati testes produc solent non solum ne falsa dicant, verū etiam ne qua vera sunt, taceant. *Ciceron lib. 3. offic.* Quamquam in alta questione non videtur neg. ille celare debuisse nec enim id est celare, quæquid retineas; sed cum quod tu scias, id ignorare emolumenti causā velis eos, quorum interis id scire. Hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non vides? Ceteri non aperti, non simpliciter, non ingenui, non iusti, non viri boni: verutem postius, obscuri, fallaci, mali, iusti, callidi, veteratoris, vafri. Nec contrarium probat textus in cap. ne quis arbitretur 22. quæst. 2. quem recte exponit glossa ibi, dum ait, rateri veritatem posse impunè, & citra metum, si ex alia causa, quam testimonij id fiat. Sicque accipit textum illum, secus verò si rogatas, accitusque testis, quod in vero est, suppresserit: quo cau procedit præsens textus. Nec etiam obstat si dicas, eos in legem Corneliam de falso incidere, qui ob non dicendum testimonium pecuniam acceperunt, l. 1. §. sed & si quis, ff. ad leg. Corn. de falso. Ergo illi, qui nullam pecuniam acceperunt, etiā verum testimonium suppresserint, ut falsi testes non tenentur. Nam respondeo, sequeNam hujus argumenti non recte deduci, quia in eodem textu dicitur, in legem Corneliam eum incidere, qui ob non dicendum testimonium pecuniam accepit: non tamen inde sequitur, eum qui pecuniam non accepit, si falsum testimonium diceret, à crimine immunem esse. Opposito antem, quam dicta lex prima admittit, talis est: Si quis ob non dicendum testimonium pecuniam accepit, in legem Cornel. incidit: Ergo qui nullam accepit, si surgere testimonij perhibendi causā reculerit, non incidit in legem Corn. Ratio est quia non potest videri falsum communissimum, qui omnino testimonium dicere noluit: at qui surrexit testimonij dicendi causā, & verum suppressum, à falso testimonio immunis non videtur.

5. *Etiam lege Corneliam de falso tenetur, qui ad amplius falsas restationes faciendas, testimoniane falsa in us delevicem dicenda coierit.* l. leg. 9. §. pena 3. ff. de falso, ge Corn. l. 2. ff. de concus. & qui testimoniae falsa intrixit, l. 1. in princip. & §. 1. l. falso 2. off. ad leg. Corn. de falso. Paulus lib. 5. semi. tit. 25. §. 2. Apud Liciuum Rufi-

num tit. 8. de falso testimonio, §. 1. ita inquit Paulus lib. singulari de penis omnium legum sub iis de lego Int. de adult. Qui falso testimonium dixerit, perinde tenebitur, ac si lego Cornelia testamentaria dominatus esset. Item qui ob denunciandum verum, vel non denunciandum falsum pecuniam accipit, lego Julia Repetundacum tenerit, l. leg. 6. in princ. ff. ad leg. Int. repetund. teneturque ex capite de si. cariis, si falso testimonio id egit, ut homo occidetur, & si humilior sit, in cruce tollitur, aut beatis subiicitur; si honestior sit, capite damnatur. Paulus apud Liciuum d. tit. 8. l. 1. §. præterea, ff. ad leg. Corn. de fiscar. l. 11. tit. 8. partit. 3. Qui falso, vel variè testimonia dixerint, competenter à judicibus puniri solet, l. qui falso 7. ff. de testibus, c. nihilominus 16. 3. quæst. 9. Eo cau lege Moysi data pena talionis erat. Deuteron. cap. 19. vers. 15. Daniel cap. 13. refert Josephus lib. 4. antiquit. cap. 6. meminit Lici. Rufin. dicit tit. 8. lex septempartita 6 tit. 7. part. 7. transcriptis lex 1. §. ult. ff. de falso. Sed de pena falsi testis singulari loquuntur fuit lex 26. tit. 11. parit. 3. Testis falso in negotio civili repedit parti interessi, & criminaliter de falso acculati potest. Si tamen in criminali, & propter suum testimonium alter occisus, vel mutilatus fuerit, eandem penam patitur secundum legem Moysis. Leg. 83. Tauri, quæ est lex 4. tit. 17. lib. 4. recip. sanctum fuit, ut quamvis pena ex falso testimonio imposita non fuisset accusato; tamen talionem falsi testis subiicit, quia quantum in se fuit, fecit ut imponeretur. Hoc ubi dictum fuit testimonium in delicto, pro quo infligenda erat pena capitis, aut amputationis membris; in reliquis iubet servari dispositions regni: in ceteris causis civilibus si criminaliter agatur, quinta pars dentium retinevellenda erat. l. 3. tit. de las faldades, lib. 4. recipil. ubi legitur de quintar, alibi de quittar: sed priorem electionem veriore putat Azevedo in l. 4. nn. 98. tit. 17. lib. 8. recipil. Sed hac constituto corrigit noviori Philippi II. quæ est lex 7. tit. 17. lib. 8. recipil. ubi sancitur falsi testes, & eorum indutores, ubi amissi erant dentes, in tritemes decennales condemnando esse, & una in publicam traductionem ignominia: in causis criminalibus, in quibus infligenda erat pena corporalis, in perpetuas, pariter cum ignominia. Gomezin. d. 183. Tauri, num. 7. putat hodie talionem in usu non esse, sed in cau falsa depositionis, ob quam mortis pena erat infligenda, de quo agitur etiam in Novella 77. Leonis. Extat novissima lex Philippi II. in dicit. l. 7. Sacris etiam canonibus variis penis afficiuntur falsi testes in cap. constitutus, quæst. 5. Ab Eusebio P. qui falso testimonium dixit infamis declaratur: & quia testes falsi, & perjuri sunt, si se scienter pejeraverint, quadriginta annis jejunare, uno anno à communione Eucharistica abstinere, & per septem penitentie annos tenentur, cap. quicunque 6. quæst. 2. cap. qui sacramento 22. quæst. 4. nec post peractam penitentiam ad testimonium admittuntur, cap. parvulus 14. 22. quæst. 5. Presbyteri, aut Diaconi, si in cau pecuniaria inventi sunt falso tulisse testimonium, in monasterium per triennium detruduntur, cap. si Episcopos 17. Sed l. presbyteri 8. Cod. de Episcop. & cler. l. 11. Cod. Theodos. de fide instrum. can. 24. Apof. perjuratus clericus deponebatur, sed non interdicebatur communione. Ex qua constitutione similem sancivit Leo novel. 76.

CAPUT

CAPUT II.

Lucius III. ^aV-vig. Episcopo.

Super eo autem, quod sententiam auctoritate falsarum literarum latam noluisti executioni mandare, tuam plurimum prudentiam commendamus, mandantes; ut quotiens aliqua scripta sub nostro nomine impetrata redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem; & quod per ipsa mandatum fuerit, non observes; sed cum, qui praesentaverit, retineri facias diligenter.

NOTÆ

1. ^aVigorniens.) Ita etiam legitur in secunda collectione, sub tit. de re judic. cap. 4. De Vigorniens Ecclesia egi in cap. 8. de falso presb.
 2. ^bExecutioni mandare.) Nam si sententia lata ex falso instrumentis, aut testimoniosis, postquam apparuerit de falsitate, infirmatur, l. Divus 33. ff. de re judic. l. 1. Et pertot. Cod. si ex falso instrum. licet interim dum non constat de falsitate, execu-
- tioni mandetur, l. 2. Cod. ad leg. Corn. de falso, quantò magis cùm ex falso literis delegationis prolatæ est? Nam cùm deficiat præcipuum judicij fundamentum, hoc est jurisdictio; sententia nulla est. In præsenti autem specie debebat Episcopus Vigorniens supercedere in executione sententia, & cognitionem falsitatis literarum remittere ad Romanum Pontificem, juxta tradita in cap. de cetero de re judic. ubi num 33. textum hunc exposuit Balboa.

CAPUT III.

^aVrbanus III.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod cùm quosdam perversos clericos, qui falsaverant ^bsigillum charissimi in Christo filii nostri Philippi Regi Illustris Francorum, ^ccarcerali custodiæ mancipaveris, quid faciendum tibi sit de ipsis, ab Apostolica Sede duxisti confilium inquirendum. Unde f. t. de fratum nostrorum confilio respondemus, ut eis nec membrum auferri, nec poena infligi facias corporalem, per quam periculum possint mortis ^dincurrere, ; sed eis prius à suis propriis ordinibus ^edegradatis, in signum maleficiorum, ^fcharacterem aliquem imprimi facias, quo inter alios agnoscantur; & provinciam ipsam eos ^gabjurare compellas, & abire permittas.

NOTÆ.

1. ^aVrbanus III.) Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 2. nullibi tam ex primitur cui rescribat Pontifex, licet facile cognoscatur rescriptum alicui Prælato Galliæ, ubi præsens excessus contingit; siquidem agitur in præsenti textu de clero falso faciente sigillum Philippi Regis Galliæ.
^b Sigillum.) Quo utebatur Rex in literis suis signandi; juxta generale morem apponendi sigillum in literis publicis, quem illustravi in cap. 6. de falso instrum.
2. ^cCarcerali custodiæ.) Sed si jam clericus falsarius erat carceri mancipatus, ad quid Episcopus consulebat Pontificem super alia poena illi imponenda, cùm carceris detrusio propria sit poena clerici falsarii, cap. novimus, §. final. de V. S. ibi: Pro illo vero falsario, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendum paenitentiam ipsam inclusas: Et merito, nam etiam pro atrocioribus delictis non alia poena jure Canonico imponitur, quam detrusio in carcerem, c. si quis clericus, 81. disf. c. penult. de heretic. cap. de lafis 42. cap. commissi, cod. tit. in 6. Clem. 1. eod. tit. c. quamvis, de panis in 6. Concil Tarragon. 1. can. 1. Matifcon. 1. can. 5. Aquisgran. can. 134. Petrus Greg. lib. 4. par. tit. 15. cap. 4. Salcedo in praxi, cap. 137. Savarus ad Sidon. lib. 2. epist. 1. verbo Cacer. Ergo si jam clericus falsarius erat carceri mancipatus, frustra consulit Episcopus Urbanum super alia poena illi infligenda. Cui difficultati respondendum est, discrimen constituendo inter detrusione factam in carcerem, ut ibi perpetuæ reus poeniteat, & inter carceris mancipacionem factam tantum ad custodiæ, dum causa ipsa criminalis disceptatur. De prima detrusione accipiens est textus in dict. cap. novimus, §. final. ubi clero falso imposita fuit poena illa perpetui carceris. De secundâ vero detrusione tantum custodiæ causâ agitur in præsenti; & regulariter carceris mancipatio pro hac accipitur, quia carcer ad custodiendos, non vero coercendos homines inventus est. l. aut damnum, §. solent, ff. de panis, l. incredibili, C. eod. l. 1. ff. de custod. reor. c. quamvis, de panis in 6. Illustrant Polletus lib. 5. hist. fori, cap. 14. Pantoxa in l. 1. ff. de aleat. n. 11. Pancirola lib. 1. var. cap. 41. Petrus Greg. lib. 31. Syntag. cap. 33. Amaya in l. 2. C. de exalt. tribus. d. Mortis incurere.) Quia Ecclesia semper abhorruit poenam sanguinis, cap. sepe, cap. his a quibus, 23. quest. ult. cap. sententiam, ubi notavi, ne clerici vel monach.
3. ^eDegradatis.) Id est depositis degradatione verbali

verbali à suis ordinibus, non verò degradatione reali, de qua egi in cap. cùm non ab homine, de judic.

f. Charakterem.) Juxta jus commune litera F. quæ est prima falsarii, sed juxta consuetudinem & praxim Franciæ inuritur Lilium, ut referunt ex Paponio Petrus Greg. lib. 36. Syntag. cap. 5. num. 7. P. Herodius lib. 9. Pandect. tit. 1. cap. 1.

2. g. Abjurare compellat.) Et ita clericus falsum committens circa sigillum Principis in exilium mittitur, abjurata provinciæ, id est iuramento praesertim ab eo, se nunquam provinciam illam ingressurum; quo modo abjuratio accipitur in cap. Abbas, debis que vi, cap. ex litteris, qui clerici, vel vov. cap. cùm venissim, de insit. cap. quia diligenti de elect. cap. accepta, de refit. s. De hac poena exili jam diu ab Ecclesia usitata plura adduxi in cap. 1. de calumniat.

COMMENTARIUM.

3. Conclu DEmpto capite primo, quod est de testibus falsis, totus hic titulus est de concinnatoribus falsarum literarum, sive rescriptorum, & eorum probatur. quare ex presenti textu, & ex c. ad falsarium, infra hoc sit, lequens deducitur assertio: Falsarii literarum Apostolicarum, si laici sunt, infamia notantur, & excommunicationem incurvant. si clerici, deponuntur ab officio, & beneficio; & si circa sigillum Principis falsum admiserunt, sygmata notati in exilium mittuntur. Probat eam textus in c. si Episcopus, 50. dist. cap. si quis constitutus 22. qu. s. olim 23. de re script. c. tam ex literis 33. de testib. c. 6. de excessib. Pratal. cap. novimus 27. insine, de V.S. Concil. Salesburg. tempore Martini IV. Item ad falsariorum malitiam reprimendam definimus, ut qui clerici, vel laici signa, vel literas Principum, vel Pralatorum falsare, vel falsis scienter uti prelum, ipso facta sententiam excommunicationis incurvant; clerici nibolominus, si de hoc convicti fuerint, carceri Episcopali mancipandi; laici verò faculari iudicio sunt condemnandi. Et can. 6. Bulla cœn. Domini. Ab specie confonat textus in l. 60. tit. 6. partit. 1. Facit lex 3. tit. 17. lib. 8. recipit. Illustrant ultra congettos à Barbo in presenti Petrus Gregor. lib. 4. partit. tit. 11. c. penult. & de benefic. cap. 26. Petrus Bollo *œconom. canon. claj. 1. c. 5. §. 4.* Marthæ de iurid. part. 2. c. 28. Fragolo de regim. Christ. Reipub. part. 1. disput. 4. §. 20. Luna, & Arelanus lib. 5. singul. antinom. 5. Fermolinus in c. cùm non ab homine, de iudicis, qn. 30. Duardus, & alii expositores Bullæ cœna Domini in dict. can. 6. Galbinus de censur. in synopsi, lit. F. num. 3.

Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertione ita insurgo: Sicut Dominus noster nuncquam vindicavit bis in id ipsum, ita nec Ecclesia natura unquam pro uno reatu plures poenas imposuit, tradita can. 74. Apostol. cap. presbyter 71. dict. cap. scelerato. assertio. tior. §. hic, de pœnit. dist. 3. Ergo non recte in praesenti pro uno delicto, videlicet falsitatis, degradatione, iniustio, & exilium imponuntur. Deinde difficilis est pœna inunctionis, seu impressionis characteris; tum quia pœna hæc sanguinis effusionem continet: ut constat ex cap. sententiam, ibi: Adulsionem, ne cleric. vel monach. Tum quia post Constantini constitutionem in l. si quis in metallum 17. Cod. de pen. relata, non licet stigmata, aut nota aliquâ faciem hominis maculare, quia facies hominis ad similitudinem pulchritudinis coelestis est figurata: quam rationem docte illustrat

Forner. lib. 6. rer. quotid. cap. 25. Igitur non recedit pœna inunctionis in facie falsario imponitur.

Quâ dubitandi ratione non obstante vera est prælens assertio, pro cuius expositione sciendum est, falsum nihil aliud esse, quam veritatis mutationem. Novel. 73. Justin. §. 1. Unde variis modis committitur falsitas: tam circa personas, quam circa res. Circa personas, veluti partum supponendo, l. qui falsum 19. §. 1. ff. ad leg. Corn. de falsis, l. cùm suppositi 16. Cod. cod. ii. Et Senatus consilio Plautiano caurum fuit de ea, qua subiicitur in l. ff. de liber. agnosc. & obfetricem quam partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit Paulo lib. 2. sent. tit. 24. §. ult. Et per ea suppositi partus capitalis est, l. 1. Cod. de falsis, atque accusatio hujus criminis prescriptio ordinaria non tollitur, l. qui falsum 19. §. 1. ff. ad leg. Corn. de falsis, nisi vicenni prescriptio sit. Cujac. lib. 4. obseru. cap. 14. Item falsum committit libertus, qui pro ingenuo le gelgit, cum neque jus aureum annulorum impetrasset, neque a Principe restitus natalibus esset, l. unic. Cod. ad leg. Vifellam, l. 1. Cod. si sero. aut libert. lib. 10. Item si quis falsum nomen assumperit alterius decipiendi gratia, l. falsi 13. ff. ad leg. Corn. de falsis: alias culperit licet etiam nomen mutare. Paulus lib. 5. sentent. tit. 25. §. qui sibi, l. unic. Cod. de mutat. nominis, l. falsa 63. §. nominis, ff. ad Trebel. Illustrant Germanus de induit. Cardin. §. Hieronymo, Fornerius lib. 5. rer. quotid. cap. 17. Cujac. lib. 15. respons. Papin. in dict. l. falsi 13. Petrus Greg. lib. 36. Syntag. c. 4. Deinde si quis alienis insigniis ulti fuerit, vel falso diplomate vias commeaverit, l. 27. §. ult. ff. ad leg. Corn. de falsis, ubi per diplomata intelligit Ant. Matthæus ad eundem tit. literas tractatas, de quibus nonnulla notavi in cap. 1. de offic. ordin. Item si quis de judicis amicitia, vel familiaritate mentitus, eventum tententia ejus vendidit, quod veteres dicebant fumum vendere. Paulus dict. iii. §. ult. l. qui explicandi 10. Cod. de accusat. Explicat Duarenus lib. 1. animado. cap. 25. Iis proximi sunt qui hodie nobilitatem, militiam rotagat, seu armatam mentiuntur. Circa res falsum committitur, veluti circa monetam, l. 1. Cod. de falsa monet. Probavi in cap. quanto de iurejat. Circa mensuras etiam, & quidem Trajanus edictum propofuit, quo pœnam legis Cornelie in eos statuit, qui mensuras corrupserint: & Hadrianus eum, qui falsas mensuras habuit, in insulam relegavit, l. annona 6. §. 1. & 2. ff. de extraordin. crimin. & talis falsarius furtrum committit, venditorum tenetur, qui majora pondera emptori commendat, cum ad pondus emittat, l. si quis uxori 22. §. majora 22. ff. de furt. & simul actionibus ex emplo, & de dolo tenetur, l. si quis 32. ff. de actio. nempti. l. arbitrio 18. §. de eo 3. ff. de dolo. Etiam in Dardanios propter falsum mensurarum modum ob utilitatem populi annonæ pro modo admissi criminis extra ordinem vindicari placuit, l. si quis 38. ff. de panis. Item falsum committitur circa scripturam: de qua ultima falsitatis specie agitur in hoc titulo; & ideo eam tantum prole quamur. Circa scripturam ergo falsitas admittitur, si rasis literis aliud in locum eius, quod ante scriptum non erat, scribatur, cap. olim 25. de re script. cap. licet, §. 6. hoc. tit. putat in loco tulpeco, cap. ex consequentia 9. hoc tit. c. cùm olim, de privil. c. inter. de fide instrument. c. cùm venerabilis, de relig. dom. chirographum alienum immitetur, l. quid si falsum 23. ff. ad leg. Corn. de falsis, vel aliis modis scriptura forma, vel stylus immittetur,

rever, cap. licet s. cum sequent. hoc tit. Sesse to. 2. decif. 18. Acunia in c. nomina 3. y. dif. si absentiū nomina, tanquam præsentium scribat, cap. quan- tis. de his que sinn à major. parte, cap. tuis. 33. de tēf. si falsi literis quis scienter utatur, c. accedens, hoc sit, testamentum quis amoerit, celaverit, eri- puerit, deleverit, subjecerit, resignaverit, five vi- voto testatore aperuerit, l. 1. §. 5. l. 2. l. 7. l. 16. l. quid sit falso 23. ff. de falso. l. eum qui i. 4. Cod. cod. tit. si testamento falso usus fuerit, l. si falsos 8. C. cod. l. 4. Cod. fireus, vel accusator, Paulus lib. 5. sentent. tit. 25. §. qui falsis. D. Ambrofius lib. 3. offic. cap. 2. ibi: De eo quid loquar, qui ex eo testamento, quod ab aliis licet factum falso tamē cognoverit, hæ- ditate m̄ sibi, aut legatum vindicet. & lucrum qua- rat alieno criminis, cum etiam leges publicae eum, qui sciens falsos uitetur, tanquam reum adstringant faci- noris. Item falsi poena tenetur ex Senatusconsulto

Liboniano, qui cū adh̄bitus esset ad testamen- tum scribendum, sibi, vel iis, quos in potestate ha- ber, hæditatem, legatum, fideicommissum, vel libertatem, vel quod aliud emolumētum adscri- perit, licet distante, jubente testatore; nam si invito, aut ignorantē id fecerit, lege ipsa Corne- lia tenetur, l. 1. §. 7. l. 5. qui legatum 6. l. de eo to. l. filium 14. l. 17. 18. & 22. ff. ad leg. Corn. de falso. l. 1. & per totum C. de his, qui sibi adscribunt. In qua arte obseruandi sunt textus in l. ex sententia 29. ff. de testam. tut. l. quoties 9. §. 3. ff. de hered. iuris. l. omnia 32. §. cum 2. ff. de leg. 2. l. in fraudem 15 §. 3. ff. de testam. mil. l. 22. §. adimendo, l. 26. ff. de fal- sis, l. 8. §. qui, ff. de bonor. posseff. contra tabul. l. Lucina 88. §. Sempronia, ff. de legat. 2. l. Pamphilo 39. §. propositum. ff. de legat. 3. l. final. ff. de his que pronon script. Paulus lib. 3. sentent. tit. 6. §. 14. quod etiam Senatusconsultum Libonianum induxit, Lex sententia 26. ff. de testam. tut. ad quod Paulus librum singularem scriptis, ubi de hac falsi specie latè agit, ut constat ex inscriptione legis. Impuberem 22. ff. ad leg. Corn. de falso. Sed forsitan desue- tudine illud abrogatum, inflauratum fuit editio Claudi, seu Senatusconsulto ejus tempore facto, ut Callistratus commemorat in l. D. Claudius 15. & Paulus in l. filium 14 ff. ad leg. Corneliam de fal- sis. Unde meritò Suetonium reprehendit Cujacius ad Cod. de his qui sibi adscribunt, eo quod hujus editi auctorem facit Neronem. Videns est Pan- cirola lib. 2. var. cap. 132. Tandem falso committit si instrumentis, nummis, mensuris, vel alii- iebus falsis quis prudens, scienque utatur, l. 4. & 8. l. 69. §. 2. l. final. ff. ad leg. Corn. de falso.

6. Deinde sciendum est, falsi crimen inter gravio- Depre- ra censi, l. 3. §. 1. ff. de Decur. & fuit olim capi- na falso. tale, ex lege Corn. l. 1. & 5. ff. ad leg. Corn. postea factum fuit non omnino capitale, deportationis poena imposita; nisi aliud exigeret magnitudo falsi commissi, ut at Constantinus in l. 22. cod. tit. aut si illud committentes humilis sint conditionis; quia tunc poena capitis loco deportationis impo- nitur. Paulus lib. 5. sentent. tit. 25. §. 2. Tabulariis civitatum, quorum fraude factum est, ut quis immunitatem sibi assereret, ultimum supplicium irogatur in l. 1. Cod. de immunit. nemin. concedend. & apud varias gentes notariorum quidem poena usitatio fuit, ut dextera manus amputaretur, legibus Longobard. lib. 2. tit. 51. cap. 11. in legibus Ripuar. tit. 59. pollex praeditum: Sicut Severiū egerunt cum eis, quia post manus amputationem capitis indexerunt supplicium, lib. 1. tit. 29. ep. 2. Alexander verò Severus digitorum nervos incide-

DD. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

re jubebat, ita ut nunquam scribere possent, teste Lampadio in ejus vita. Circa alios verò falso committentes, pro modo criminis mitius, vel se- verius agitur, lege falsi 13. §. immo. l. qui duobus 21. l. hodie 32. §. 1. ff. de falso, l. majorem 4. l. ubi 22. cum sequent. Cod. cod. tit. & ita poena est arbitaria, ut pro modo negotii, attentā causæ qualitate, alia, vel alia poena imponatur, novel. 123. Justin. novel. 77. Leonis, l. annona 6. §. poena, ff. de extraordin. crimin. l. in Dardanarios 37. ff. de penit. l. 1. Cod. de falso. monet. dummodo dolo admissum sit crimen, neque exemplum 20. Cod. de falso. l. cum autem 23. l. scriptura, ff. de edict. edict. docent Farinac. de faltitate quæst. 150. num. 21. part. 2. Menoch. de arbitri. lib. 2. cent. 4. casu 343. num. 3. Vela de delict. cap. 10. D. Joannes de Larrea alleg. 97. per tot. ubi exinde exponit textum in l. transigere, Cod. de transact.

Ex his jam apparet vera ratio præsentis assertio- nis; nam cū crimen falsi præcipue circa literas Apostolicas, seu Regias commissi ita gravè sit, ut turra- inter majora crimina numeretur, dict. l. 3. §. 1. de tio de- Decur. ideo tot. & tantis poenis in præsenti vin. ciden- dicatur, videlicet excommunicatione, quam laici ipso jure incurrit, à qua nisi in articulo mortis per alium, quā Pontificem absolvī nequeunt, dict. c. ad falso. & exp̄l̄s̄e cavitur in can. 6. Bull. cœn. Domini: cuius verba exp̄l̄s̄e refert Barbola in presenti, & depositione, ac exilio in clericis, vel detruzione in carcere perpetuum. Accedit, nam cū poena falsi ex lege Corn. depo- ratiō eset, l. 1. & 5. ff. ad leg. Corn. de falso. & ex- communicatione sit ecclesiastica relaxatio, Tertul. de pudic. cap. 4. ibi: Non modo timore, verū omni Ecclesiae tēcō submovemus: & de prescript. cap. 30. sive exilium finitimum, ut vocavit Alexander Papa I. apud Turrian. contra Magdeburg. cap. 22. Illustrat D. Nicolaus Antonius de exilio lib. 1. c. 7. num. 11. & cap. 13. num. 14. ideo recte in lo- cum deportationis Ecclesia excommunicationem in hæcos falsi criminis reos statuit, & etiam in cle- ricos exilii poenam lanxit.

Nec obstar dubitandi ratio supra exp̄sa; nam est respondendum, principium illud, Bis non esse vindicandum in id ipsum, procedere quando una poena sufficiens est ad puniendum delictum, alias ob ejus gravitatem plures injungi solent, ut in cap. si quis euilibet 21. qu. 2. cap. quantiam, §. fin. ut lit. non cont. cap. 1. de calumniat. cap. in Archiepisc. de raptoribus. cap. clerici, de excesso. Pratal. Unde quid mirum, ut in præsenti casu propter sceleris gravitatem clericis falsum committens circa Prin- cipis sigillum variis poenis puniatur? Difficilius est quod de charactere infligendo hujusmodi clero- expedebamus: pro cuius solutione sciendum est, apud veteres valde usitatum fuisse reorum frontes, & servorum charactere inuri, ut designaretur cri- men, quod ipse admiserat. Seneca de beneficis c. 37. ibi: Improbissimo militi, ignavissimo hospiti, avidissimo naufrago, stigmata inscriberent, ingratum hospitem testantia. Et sacrilegos notarii flagi- mate iustit. Plato lib. 8. de legib. ibi: Si quis sacrilegium commiserit, signidem servus, aut hospes fuerit, in facie, manib⁹que crimen inscripsit, & flagellatus extra fines patrios projicitur. Fides etiam flagitate signatos docet Juvenal. satyr. 14.

Gaudet acerbo

Plagarum strepitu, & nullam Seirena flagellis
Comparat, Antiphates trepidi Lars, ac Poly-
phemus?

I i Tunc

Tunc felix quoties aliquis tortore vocato
Vratur ardenti duo propter linteferro.

Calumniatorum etiam fronti ex lege Rhemia, seu Memia literam K. inuri, probavi in cap. 1. de calumnias, aut qui dominum ita offendisseat, ut in ergasterii compediti mitterentur, stigmata in fronte notabantur, juxta illud Martialis lib. 3. epig. 31.

Proscriptum famulus servavit fronte notatus.
Aulonius epigr. 15.

Tam segnius scriptor, quam lentes Pergame cursor
Fugisti, & primo captus es in studio.

Ergo nota scripto tolerasti Pergame vultu,
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Et rursus subsequente epigrammate.

Pergame non recte punitus fronte subisti
Supplicium, lente quod mernere manus.

At tu, qui dominus peccantia membra coerces.

Injustum falso excruciare reos.

Aut inscribam, que non vulnificare dexteram;

Aut profugos ferri pondere necesse pedes.

D. Augustinus ad D. Paulum cap. 6. ad Galatas, ibi:
Stigmata dicuntur quedam paenarum servilium nota, ut si quis servus in compediibus fuerit, propter noxiam, id est propter culpam, vel hujusmodi aliquid passus fuerit. Stigmata uiri dicuntur; & ideo in jure, manumissio inferioris est ordinis. D. Clemens Alex. lib. 3. pedag. cap. 2. Non secus adulteram floridis coloribus, ac fugitivum in usus corporis nota indicari. Seneca epigr. 47. Hinc servi dicuntur literati a Plauto in Casina, & in Olymp.

— Si is literatus mesinat.

Martial. epig. 29. lib. 2. Apulejo lib. 9. de Asino, Plinio in pang. ad Trajanum. Faciunt textus in 1. cim de laniis 18. §. 1 ff. de fundo instruct. juncto Connano lib. 2. comment. cap. 6. plura de his notis servilibus Aloysius Novar. lib. 3. sacrar. elect. cursu 24. pag. 433. Herman. Hugo in tract. de prim. script. orig. cap. 19. eoque nonnulli referunt textum in 1. §. ult. cum sequent. ff. de servis fugiti. Nec solum notis servi illi inurebantur, verum & cicatricibus frontes eorum deformabantur, 1. locum, ff. de usufruct. notarunt Cujac. lib. 7. observ. cap. 13. Ramirez ad Martial. lib. 2. epigr. 29. & servi in quorum facie, vel alia corporis parte indicia ferro impressa fuerant, si manumittebantur, minorem libertatem assequerantur, tantumque detinuti fiebant. Caius lib. 1. in his. tte. 1. Ulpianus in frag. tit. 1. notarunt Cujac. ibi, Pignorius de servis, Cuellar. de manumiss. cap. 2. Olanus lib. 4. Fornier. lib. 6. rer. quotid. c. 25.

Quin & circa delictum aliquod brachia, & manus aliquorum punctis notata reperio; nam tyronibus stigmata inuri solebant; ita tamen, ut manus, aut furæ, non vero ora notarentur, ut ex Vegetio lib. 1. dere milit. cap. 8. & lib. 2. cap. 5. notarunt Lepidus de militia Roman. lib. 1. dialog. fin. Steubachius ibi. Et quoniam Fabricensium corpus ad caulam militis pertinebat, ideo tyronum exemplo nota solebat eorum brachii infligi, 1. stigmata, Cod. de Fabricens. lib. 11. & eos, qui alicui Deo consecrabantur, his stigmatibus inuri solitos prodit Prudentius hymno 14.

Quid cum sacrando accipit Sphragitidas
Acus minutus ingerunt fornacibus,
His membra pergunt urere, ut igniverint.
Quamcunque partem corporis fervens nota
Stygarit, hanc sic consecratam predican.
Funatum deinde cum reliquis spiritus,

Et ad sepulchrum pompa fertur funeris,
Partes per ipsas imprimuntur bractea;
Insignis aurum lamina obducit cutem,
Tegitur metulo quod perustum est ignibus.

D. Augustinus epist. 1. D. Gregorius lib. 2. epist. 107.

D. Chrysostomus homil. 3. in epist. 8 ad Corinthios.

Nec dissimili ratione Zeno aquariorum manibus signum imprimi voluit, ut militia quodammodo sociati, excubis aquæ custodienda incessanter inhærent, 1. penult. Cod. de aquaductu. Executtoribus quoque, qui circa lites male versati fuerant, corporales maculas imponi jubet Imperator in 1. 2. Cod. de sportu. Eo etiam prorupit saevitia Gentilium erga Christianos, ut servilibus notis frontibus eorum deturparent. Pontius Diaconus in altis sancti Cypriani, ibi: Quis tot confessores frontibus notarum secunda inscriptione signatus, & ad exemplum martyris superflites reservatos incentivo tuba cœlestis animaret? Variis exemplis illustrat Theophilus tom. 14. tract. de stigmatismo sacro, & prophano, cap. 6. Ille cum Imperator Constantinus in Synodo Nicen. agnovisset claros fidei confessores ita deformatos, precipue Osium Cordubensem Episcopum, ut resert Nicéphorus lib. 8. hist. Eccles. cap. 14. ideo edidit constitutionem, qua extat in dict. 1. si quis metallum, 1. 1. Cod. Theodos. de penit. quæ morem illum sustulit, & manus potius, aut furas, quam faciem notari voluit. Jure etiam nostro Hispano contra tributarios binas nuptias litera Q. in facie imprimi juberit in 1. 3. tit. 1. lib. 5. recipi, ubi pro Q. legendum esse P. jam notavi in cap. 2. de sponsa. duor. & Antichristum his stigmatibus usurum fore erga Christianos, latè probat Malvenda de Antichristo lib. 8. cap. 18. Nec dissimili exemplo cacodæmones ubi Christianos infidolos attributis à recto vivendi tramite ad fortilegas artes, & occulta beneficia traduxerunt, eos quasi captivos notis quibusdam in secreta corporis parte confignant, ut fusè probant Paulus Zacchias lib. 7. q. medicolegal. tit. 4. Theoph. Raynaud. dict. tract. 14. de Stigmatismo: prosequuntur alia de his stigmatibus Panciroli lib. 2. var. cap. 41. Buleng. de Circo, cap. 9. Solorz. tom. 2. de iure Indiar. lib. 1. cap. 14. Torreblanca de iure spirit. lib. 11. cap. 13. Lipsius de milit. Romana, dialog. 9. & lib. 2. elect. cap. 15. Salmut. ad Panciroli lib. 2. memor. tit. 2. Pater Pinto Ramirez. in Cantic. cap. 8. vers. 6. Demster. ad Rosinum lib. 9. cap. 31. P. cleric. ad Polif. Gongora, flantia 32. fol. 234. Steubachius ad Vegetum lib. 2. de re milit. cap. 5. Bafilius Legion. quæst. 7. scholast. cap. 2. Burgenfis cent. 2. obs. 88. I. Gothfredus in dict. 1. 2. Cod. Theod. de penit. Beyerlinch. in theatro, verbo Note, D. Nicolaus de Castro ad l. unice. Cod. de gladiat. cap. 26. D. Franc. de la Espada in presenti, P. Mendoza in quodlibet. quæst. 2. positiva, num. 7. Orleans ad Tacitum lib. 1. fol. 74. Cassanete ad Lactant. Firm. lib. 7. divinar. institut. linea 44. Zerda ad lib. 5. Aeneid. Virgil. vers. 543. Turnebus lib. 24. advers. cap. 12. Lælius Manc. lib. 1. de trip. jur. collat. cap. 70. Bovius lib. 1. Roma subter. cap. 26. Quibus suppositis dicendum est, quod licet hujusmodi stigmata in facinorosos candenti ferro inurerentur, ac deinde atramentum infunderetur, juxta lud Juvenal.

Tunc felix quoties aliquis tortore vocato

Vratur ardenti duo propter linteferro.

In praesenti tamen casu character non ita profunde imponebatur, ut sanguinem eliceret, sed cu-

9.
Aliade
Stygma-
tibus.

Quid cum sacrando accipit Sphragitidas
Acus minutus ingerunt fornacibus,
His membra pergunt urere, ut igniverint.
Quamcunque partem corporis fervens nota
Stygarit, hanc sic consecratam predican.
Funatum deinde cum reliquis spiritus,

is superficies deformabatur in signum tanti cri-
matis, ut norat Glossa hic, verbo Charakterem;
quam sequuntur omnes reperentes in praesenti; &
ita ex hac pena sanguinis effusio non sequitur.
Nec obstat quod expendebamus ex dict. l. si quis in
metallum; nam licet Vrbanus III. in praesenti ca-
su jubeat characterem apponi clero falso com-
mittenti circa sigillum Regis, non inde sequitur
inurendum esse in facie, sed in aure, vel alia corporis
parte.

Sed paesenti assertioni obstat textus in cap. fal-
so. scilicet in cap. 7 hoc titulo, ubi Innoc. III. statuit, cle-
ricos falso committentes circa literas Apostoli-
cas, a suis ordinibus esse degradandos, & iudici-
placit seculari tradendos, ut ab eo debitum afficiantur
penitus. Ergo non recte in praesenti doceret, cle-
ricos falso committentes circa sigillum Princi-
pis tantum deponendos esse, & in exilium mit-
tendos. Fuerunt aliqui, qui affiruerunt, gravius

puniri falsatorem literarum Principis, quam dia-
plomatum Regionum; sed illis omnis verius dia-
cendum est. Urbanum in praesenti penas statuisse
in clericorum falsarium Regis sigilli, antequam In-
nocentius II. ederet predictam constitutionem,
cujus ipse saepius meminit in c. licet, hortit. c. novi-
mus, de V. S. licet enim iam Carolus Magnus sta-
tuisset, ut ex Concilio Triburensi referatur in c. in
memoriam 19. dict. falsi crimen ad Romanæ legis
definitionem puniendum esse, idest deportatione
exlege Cornelii de falsis, tamen usque ad dictam
Innocentij constitutionem cautum non erat, ut
clericus fallarius degradatus traduceretur iudicii se-
cularii; quod noviter se constituisse Innocentium
falsi ipse innuit, dum in dicto cap. novimus, ait, in
nostro decreto contra falsarios edito. Observavit Ci-
ronius lib. 1. observ. cap. 1. Unde juxta hanc tempo-
rum distinctionem facile conciliari potest praesens
textus cum dicto capite ad falsariorum 7.

CAPUT IV.

Innocent. III. V. o. ^a Rhemensi Archiepiscopo, sancte Sabina
Cardinali, & Suffraganeis ejus.

Dura sepe mandata, & institutiones interdum iniquas à Sede Apostolica emis-
sare multi arguunt, & mirantur, & in hoc ei culpam imponunt, in quo sinceritas
ejus culpa prorsus ignara per innocentiam excusat. Nos enim circa majora
negotia frequenter occupati, & curam universorum ex officio nostro gerentes, per quod
sumus omnibus debitores, cum omnibus apud nos instantibus in continentia satisfacere
non possumus, quidam eo quod a semita iustitiae oberrantes, aut ultra quam permitit
honestas sua petitionis, licentiam extenderentes, exaudiri non possunt, in motum pro-
prie voluntatis irruptunt, & ad sua ingenia falsitatis, & artes perditionis cum animi
exquisita malitia recurrentes, per falsa astutiam speciem candorem puritatis Aposto-
lica denigrare, ac depravare nituntur. Ex cuius falsitatis ingenio quot & quanta
mala proveniant cum per eum & innocentes quandoque damnentur, & rei ab objec-
tis criminibus absolvantur, nec non & Apostolica Sedis laetatur auctoritas, ipsa rei
evidens malitia protestatur. Licet autem hujusmodi falsitas aliquandiu possit cum
operibus tenebrarum abscondi; tamen quia per eam beatis Apostolis specialiter in-
fertur injuria, ille a quo in persona eorum Romana Ecclesia auctoritatem super Ec-
clesias universas accepit, unde & bulla nostra, per quam totius negotia Christiani-
tatis aguntur, ^b capitum ipsorum charactere presignatur, perniciem tantum sceleris non
patitur in tantum præjudicium eorum diutius occultari. Accidit enim nuper in Ur-
be, quod quidam hujusmodi falsitatis astutiam perniciosius exercentes, in suis fuere
iniquitatibus deprehensi: ita quod bullas, tam sub nomine nostro, quam bona me-
moria Celestini PP. prædecessoris nostri, quas falsò confixerant, & quamplures lite-
ras bullis signatas eisdem invenimus apud eos, ipsosque captos adhuc in carcere de-
tinemus. Nos autem honori Romana Ecclesie, & utilitate omnium paterna volentes
solicitudine providere, de consilio fratrum nostrorum statuimus, & sub excommuni-
cationis pena, & suspensionis ordinis, & beneficij districtus inhibemus, ne quis apud
Sedem Apostolicam de cetero literas nostras, nisi a nobis, vel de manibus illorum re-
cipiat, qui de mandato nostro sunt ad illud officium deputati. Si vero persona tantæ
auctoritatis extiterit, ut deceat eum per ^d nuncium literas nostras recipere, nuncium
ad Cancellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat ^e idoneum, per quem literas Apo-
stolicas juxta formam prescriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri
transgressor extiterit, si laicus fuerit, ^f excommunicationi subiaceat: si clericus, officij,
& beneficij sui suspensione damnetur. Verum quia (sicut a falsariis ipsis accepimus,)
tam ad partes vestras, quam ad ceteras regiones per literas transmissas ab eis suæ ini-
quitatis falsitas multipliciter est diffusa, fraternitati vestra per Apostolica scripta
mandamus, & districte præcipimus, quatenus provinciale Concilium evocetis, in quo
solemniter, & generaliter statuatis, ut per singulas parochias publicè proponatur.

^c D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

I i 2

Quod

Quod si quis à Sede Apostolica literas impetravit, quarum tenor possit esse suspectus, & eis uti voluerit, ut statutam pœnam evadat, primò fiat collatio de falsa bulla cum vera; & si eam invenerit faltitate notandam, Episcopo diœcesano, Abbatii, vel Archidiacono loci easdem literas non differat præsentare: qui veritate comperta illum, qui tales literas reportavit, si laicus fuerit, excommunicationi subiiciant; si clericus, ab officio, beneficioque suspendat. Ad hæc adjicientes statuimus, ut generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciat frequenter innovari. Quod si quis falsas literas se cognoscit habere, infra quindecim dies literas illas destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit evadere, quam nisi forsitan in mortis articulo, sine speciali mandato nostro à quocunque nolumus relaxari: nec etiam si præsumpta fuerit contra hoc absolutio, quicquam habeat firmatis, ne forte post tempora nostra falsitas interim occultata cuiquam valeat præjudicium generare. Ceterum ad majorem illius notitiam falsitatis habendam, ut fieri possit bullæ falsæ cum nostra collatio, præsentibus literis unam de bullis falsis, cum vera bulla duximus appendendam: distictius injungentes, ut quasunque literas inveneritis haec, vel alia faltitate notandas, si quid actum fuerit occasione illarum, appellatione postposita irritet, ita ut hujusmodi falsitas nullo temporis spatio valeat excusari; & portatores earum tamdiu faciat sub arcta custodia detineri, donec reperitis super hoc nostra beneplacitum voluntatis. Datum Romæ apud S. Petrum XIV. Cal. Junij.

N O T A E.

1. a **V. Rhemensi.**] In hac sexta collectione, & in terza sub hoc sit c. 2. tantum legitur Innocent. II. sed inscriptionem & literam restituo ex lib. I. epistolar. ipsius Innocentij correcto à Sireto, ubi fol. 106. reperitur textus hic. Vido ss. Presul Rhemensis, Cardinalis Episcopus Praestinus, Legatus Sedis Apostolice, fuit olim Abbas Cisterciensis, floruitque usque ad annum 1206. ut referunt Chenu in serie Presulorum Rhemensium, Manrique tom. I. annal. Cisterc. in serie Abbatum Cisterc. Eius mentio fit in cap. dilectus, de præb.
2. b **Capitulum ipsorum.**] Ex una parte; nam ex alia solet apponi nomen, seu signum ipsius Pontificis, nisi dum Pontifex tantum creatus est, non consecratus; quia tunc literæ tantum Apostolo-

rum Petri, & Pauli vultibus insculptæ expediuntur, quod dimidiā bullam dixit Innocent. II. lib. I. regestr. epist. 83, ut obseruavit Cironius lib. I. ob. cap. 2.

c **Manibus illorum.**] Ex his verbis rectè probat Cohelius in notis Cardin. cap. 74, iam à temporibus Innocent. II. in usu fuisse scriptores, seu scribas literarum Apostolicarum; de quorum officio & dignitate latè agit Cohelius ubi supra.

d **Nuncium.**] procuratorem videlicet cum speciali mandato, juxta tradita in cap. nonnulli 27. de rescripto.

e **Idoneum.**] Id est non excommunicatum, iuxta tradita in cap. ab excommunicato, de rescripto.

f **Excommunicationi.**] Ipsi jure, ut docente Suarez de censur. disput. 21. sect. 2. num. 49. Gibelinus de censur. in Synopsi, litera F. num. 4.

C A P U T V.

Idem N. ² Archidiac. N. Archipresbytero, & Canonico Mediolan.

Licet ad regimen Ap. Sedis, quæ dante Domino, universarum Ecclesiarum mater est, & magistra, insufficientes nos vitæ, & scientiæ reputemus; quantum tamen Dominus nobis sua miseratione concesserit, ab his propositum abstine-re, per quæ nobis possit merito derogari: quamquam ex infirmitatis humanæ defec-tu non sic formam perfectionis semper, & in omnibus imitari possimus, quin ali-quit aliquando in nostris subrepatur operibus, quod minus circumspectæ providentia valeat imputari: quod tamen non ex industria, vel conscientia certa, sed interdum ex ignorantia, vel nimia occupatione contingit. Significatis siquidem nobis per literas ve-stras, quod cùm quædam vobis fuissent literæ præsentatae, per quas vobis distictè praci-pere videbamur, ut I. de Cimilian, clericum Ecclesiæ vestra in Canonicum recipere-rit, & fratrem, nec aliquem alium in Canonicum vocaretis, donec ipse præbendæ beneficium plenariè fuisset adeptus; earum tenore diligenter inspecto, vix eas credidistis de nostra conscientia processisse: vel si etiam processerunt, per nimiam fuisse c importunitatem ob-tentas. Ceterum cùm easdem literas, sicut viri providi, & discreti, ad nostrâ remissiæ præ-sentiam, ut ex earum inspectione plenius nosceremus, utrum ex nostra conscientia proce-sserint, plus in eis invenimus, quam vestra fuisset discretio suspicata. Nam licet in stylodicta-

minis

minis, & forma scripturæ aliquantulum cœperimus dubitare; e bullam tamen veram invenimus, quod primum nos in vehementem admirationem induxit, cum literas ipsas sciremus de nostra conscientia nullatenus emanasse. Bullam igitur hinc inde diligentius intuentes, in superiori parte, quā filo adharet, eam aliquantulum tumentem, invenimus, & cum filum ex parte tumenti, sine violentia qualibet aliquantulum attrahi fecissemus, Bulla in filo altero remanente, filum ex parte illa fuit ab ipsa sine qualibet difficultate avulsum, in cuius summitate adhuc etiam incisionis indicium apparebat: per quod liquidò deprehendimus, bullam ipsam ex aliis literis extractam fuisse, ac illis per vitium falsitatis insertam, sicut ex literis ipsiis plenius cognoscetis, quas ad majorem certitudinem vobis duximus remittendas. Cum igitur tantus excessus reliqui non debeat aliquatenus impunitus, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus dictum I. nisi infra viginti dies post harum susceptionem à vobis commonitus ad præsentiam nostram cum testimonio literarum vestrarum satisfacturus accederit, ex tunc ab omni ecclesiastico beneficio, & clericali officio, sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, suspendatis; vel si beneficio caret, anathematis eum sententiā innodetis: cum ab hac culpa non de facili sit credendus immunis, cum nec per fratres, nec consanguineos nostros nos (licet sapius rogatos) potuisset inducere, ut super hoc nostras vobis literas mitteremus: ex quo fraudem auctoris, et si principalis falsarius ipse non fuerit, sufficienter agnoscere potuisset, præsertim cum eo tempore præsens fuisse dicatur, quo contra falsarios de communi fratum consilio publicè & constituimus. Inter cetera sub pena excommunicationis firmiter inhibentes, ne quis literas Apostolicas, nisi de manu nostra, vel Bullatoris nostri reciperet, illis dumtaxat exceptis, quibus propter dignitatis excellentiam indulsimus, ut per nuncios fideles, & notos id ipsum possent efficere. Ut autem varietates hujus falsitatis, quas haclenus deprehendimus, vos ipsi de cætero deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus literis duximus exprimendas. Prima species falsitatis hæc est, ut falsa bulla literis apponatur: secunda ut filum de bulla verum extrahatur ex toto, & per aliud filum immisum falsis literis inferatur: tercia, ut filum ab ea parte, quā charta plicatur, incisum, cum vera bulla falsis literis immittatur, sub eadem plicatura similis canabis restauratum: quarta, quod à superiori parte bullæ altera pars filii sub plumbō rescinditur, & per id filium literis falsis inserta reducitur intra plumbum: quinta cum literis bullatis, & redditis, aliquid in eis per rasuram tenuem immutatur. Eos etiam à crimen falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem præmissam scienter literas nostras, non de nostra, vel bullatoris nostri manu recipiunt. Eos quoque, qui accedentes ad bullam falsas literas cautè projiciunt, ut de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæc due species falsitatis non possunt facile deprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In ceteris aut diligens inductor falsitatem pôterit diligentius intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione: præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis sit tumida, alibi magis depressa. Si verò quod contra ipsum I. vobis præcipimus, neglexeritis adimplere, noveritis nos venerabili fratri nostro N. Vercellen. Episcopo præcipiendo mandasse, ut ipse id authoritate Apostolica, sublato appellationis obstaculo exequatur. Datum Spolet. 2. Non. Septemb.

NOTÆ.

b Magistra.) Ut probavi in cap. 1. de summa Trinit. cap. 1. de re script.

c Importunitatem.) Unde tales literæ non valent, juxta traditam c. si quandois. de re script.

d Dictaminis.) Dictamina dixerunt mediæ aetatis scriptores formulas ipsas scribendi, ut probat Bosquetus ad Innoc. III. lib. 1. epist. 136, inde dictator, qui formulam ipsam componit, de quo forsan agitur in l. 1. de Leg. & decret. Legat. ibi: Nullus igitur obstat dictator, nemo consilii obliquatur.

e Bullam tamen.) Bulla quid sit, & unde dicta, notavi in cap. 6. de fide instrum.

f Constituum. Extat hæc constitutio infra, c. 7.

g Per rafuram.) De hac specie falsitatis egi in cap. olim, de re script. Alia etiam falsitatis indi-

I. a Archidiacono.) In hac sexa collectione, & in tertia, sub hoc tit. cap. 2. legitur Archiepiscopo. Sed tam inscriptionem, quam literam restitu ex lib. 1. epistolar. Innocent. III. recognito à Sireto, ubi fol. 169. reperitur textus hic. Et licet Bosquerus in notis ad Innocent. III. lib. 2. epist. 35. referat epistolam hanc ad casum relatum in c. 6. fide instrum. tamen doctus vir aperte fallitur, ut confiat ex utriusque textus contextura: siquidem in dict. cap. 6. agitur de lite mota inter Archiepiscopum Mediolanensem, & Abbatem monasterii de Scozuela: at verò in præsenti agitur de literis imputatis ad præbendam. De Metropoli Mediolanensi egi in cap. cùm adeo, de re script.

DD. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

cia congeserunt Sesse tom. 2. decis. 118. P. Francif. Valens tom 1. concord. jur. in proemio Clement. cap. 5. & ex diversitate atramenti oriri suspicionem falsitatis, probant latè Valenzuela consil. 121. n. 151. Barboſa in cap. inter, de fide instrum. n. 3. ex di- versitate papyri, & ſimilibus. Barboſ. voto 68.

C A P U T VI.

Idem a Antibarenſi Epifcopo.

Quām gravi poena ſubjaceat. *Et infrā*: Ad audiētiam ſiquidem noſtrām ex li- teris in Christo charifſimi filii noſtri Vulcan. Dioclia Regis Illuſtris, necnon & tenore literarum tuarum, quas dil. fil. I. Capellano noſtro apud Durachium di- rexiſti, noveris perveniſſe, quod cūm Dominicuſ quondam Suacen. Epifcopuſ, qui coram eodem capellano, & dil. fil. S. Subdiacono noſtro, tunc in partibus illis ge- rentibus legationis officiuſ, fuerat de b homicidio accusatus, & in Concilio apud Antibaren. Pontificalem resignaverat dignitatē, ad noſtrām olim præſentiam acceſſet, à nobis rediens quafdam tibi literas præſentavit, quibus aſſerebat, ſibi à nobis Pontificale officiuſ reſtitutum. *Et infrā*: Tu verò literis illis fidem adhibens, ven. f. n. G. quem in Suacen. Epifcopum electum canonice diceris conſecraſſe, ab eadem Eccleſia removisti, præfato Dominicuſ occaſione literarum falſarum in iſpla Eccleſia reſtituto. Præfatus verò R. ſicut ſuis nobis literis intimavit, non credens literas illas de noſtra conſientia emanaffe, tam iſum Dominicuſ, quām præfatum Epifcopum noſtro præcepit conſpectui præſentari, humiliter petens reſcripto Apoſtolicuſ edoceri, quid duceremus de ipſo negotio ſtauendum. Nos verò ſcriptum literarum falſarum diligentiū intuentes, in eis tam in continentia, quām in dictamine manifeſte deprehendimus falſitatem: ac in hoc fuimus non modicū admirati, quia tu tales literas à nobis credideras emanaffe, cūm præfertim ſcire debebas, Apoſt. Sed, con- ſuetudinem in ſuis literis hanc tenere, ut universos Patriarchas, Archiepifcopos, & Epifcopos fratres; cæteros autem, five Reges fint, five Principes, vel alios homi- nes, cujuſcumque ordinis fint, filios in noſtris literis appellemus: & cūm uni tantum perſona noſtra litera diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali, five vos, five ve- ſter, vel hi ſimilia in iſpis literis apponatur. In falſis autem tibi literis præſentatis, in ſalutatione, dil. in Christo filius vocabaris; cūm in omnibus literis, quas aliquan- do tibi transmiſerimus, te videre potueris à nobis fratre venerabilem appellatum. Propter quod ſic te eſſe volumus in conſimilibus circumſpectum, ut per falſas literas de- nuo nequeas circumveniri, vel falli; ſed ſic literas Apoſtolicas ſtudeas diligentiū intueri, tam in bulla, filo & charta, quām ſtylo, quod veras pro falſis, vel falſas pro veris aliquo modo non admittas.

N O T Ā E.

- I. a) **A**ntibarenſi.) Ita etiam legitur in tertia col- lectione ſub hoc tit. cap. 3. non autem extat præſens epiftola inter editas à Sirleto, & Bosquero; & ita corrupta eſt præſens litera, ut nullo modo cognosci poſſit, in qua orbis regio- ne præſens caſus contigiffet; nec apud Hortelium, Gerardum, Mercatorem villa mentio extat regni Diocliæ, & civitatum Antibarenſis, & Suacen- ſis; quarum mentio fit in præſenti textu: nec Carolus à Sancto Paulo in ſua Geograph. ſacra eas recenſet.
b) **D**e homicidio.) Unde privandus erat ipſo beneficio, juxta tradita in cap. de homicidio.
c) **B**ulla, filo.) Juxta textum in cap. h̄c et sup. hoc titulo.

C O M M E N T A R I U M.

2. **P**ro hujus textus illustratione ſciendum eſt, jam olim reſcriptis, tam Imperialibus, quām Pon- tificiis ſalutationem adſcribi conſueviſſe; ſolebant enim Principes ſalutationem præponere illis, qui- bus reſcripta dirigebam, & non ſemper eisdem

verbiſ, fed aliquantulum diſverſiſ. Interdu m ful- tatio adſcribebatur hoc modo, *Ave charifſime*: ut conſtat ex iſcriptionibus legis 2. C. de offic. Reſt. Provinc. l. 5. C. privil. eorum qui, in Theod. l. 1. eod. C. qui pertant tut. l. final. C. ne quid public. la- titia, l. 34. C. heretic. Ave Donat charifſime. Et l. 4. C. de operib. publicis. Ave Felix charifſime. Et l. 5. eod. tit. Ave Catilina charifſime. Et ex aliis con- gefſis à Briffonio de formulis lib. 3. fol. 351. Cujac. lib. 1. obſerv. cap. 15. Juret. in notis ad Symmachum. lib. 2. epift. 69. Unde reſtunda eſt iſcriptio tex- tus in l. ſi quis homicidii, C. de accuſat. in hunc mo- dum. Ave Chriſtine charifſime nobis. Notavit Con- cius lib. 1. diſput. cap. 15. Pontifices etiam hac for- muſa uti ſolitoſ in reſcriptis, liqueſ ex cap. ali- quando, deſent. ex com. ex procemio Decret. eaque fuſt communis ſalutandi formula, Charifſime nobis, ut in l. 2. C. Theodos. de offic. Reſt. Provinc. l. 5. eod. C. de privil. eorum, l. 52. eod. C. de appellaſ. idque ſignificant notæ illæ K. N. B. in l. 27. C. de Decr. l. 17. C. Theodos. de ſuſcept. l. 13. C. Theodos. de Inſtrati collat. l. 2. eod. C. de his qui ex publica collat. l. 5. & 8. eod. C. de falſa monēt. Unde reſtunda eſt iſcriptio legis primæ, C. Theodos. de ergat. milit. annon. & corrigendum codicis Gregoriani fragmentum

fragmentum apud Petrum Piteum in collat. legum Moys. juncto Brissonio ubi supra, fol. 314. Etiam notandum est, tam Imperatores, quam Pontifices personas illas, quibus rescripta mittebant, variis nominibus inscrisisse. Imperatores in rescriptis ad Praefectos Praetorio, & Patricios missis, eo, parentes appellabant, l. 4. Cod. de locato, ibi: *Ad Dominiū Ulpianum Praefectum Praetorio, & parentem suum.* Et l. 6. Cod. de annonis, & in Theod. ibi: *Praefecti Praetorio, parentis, amicique nostri.* Plura congesit Brissoniū de formulis fol. 352. Cū vero Rectoribus Provinciarum, & Comitibus rescribebant, eos fratres appellabant. Theodosius, & Valent. in Novel. de patrimonialib. rei domin. ibi: *Marcelline frater amansime. Cassiodorus libr. 6. var. in formula Rector provincie.* ibi: *Quid de te existimatum sit, datur adverbi, cui tui videtur nobiles posse postponi.* Additur quod à Principe frater vocaris. Romani etiam Pontifices pro diversitate personarum diversis utuntur nominibus; si enim Episcopis, Archiepiscopis, aut Patriarchis rescripta mittunt, eos fratres appellant, & pervenit, 84. dist. cap. fratres, 86. dist. cap. dilectus, de offic. deleg. cap. cūm dilectus de cleric. non resid. cap. venerabilis de except. cap. venerabilis de iudiciis, & venerabilis de confirm. util. nec sine ratione: nam Episcopi Apostolorum successores pari consortio cum D. Petro ac ejus successoribus honorem, & potestatem accepunt, cap. in novo, 21. distin. & participes sunt dignitatis Episcopalis cum Pontifice cap. præterea, si distin. quia vocati sunt in partem solitudinis, cap. fundamenta, §. debet, de elect. in 6. qua: societas jura quodammodo fraternitatis in se habet, l. verum 63. ff. pro socio: considerant Pet. Gregor. in proem. Decret. nu. 14. Franc. Valens in concord. in eodem proem. num. 5. Duarenus lib. 2. de sacris, cap. 6. alias rationes ex fratri nomine deductas adducunt Savarus in notis ad Sidon. libr. 1. epist. 11. verbo Verē habes, Claudio Espenceus ad D. Paulum, cap. 4. ad Timoth. Dorleans in not. ad Tacitum, fol. 292. Altamir. in l. cap. 7. num. 68. C. de filiis offic. Si autem Episcopis tantum electis, non vero confirmatis Pontifex rescribat, eos filios appellat, cap. sanè, de renunc. cap. nosti, de elect. Cardinales etiam Ecclesiæ Romanæ filios appellant, cap. licet 49. de testibus, cap. coram, de offic. Legati nisi reperiantur simul Episcopi, aut cum eis, & Episcopis simul loquatur, ut in cap. in Genesi 49. de elect. prope finem, extravag. Conditorum, Ioan. XXII. de verb. signif. extravag. Execrabilis, §. nos itaque, de probendis, cap. 1. de renunc. eod. lib. cap. 1. de offic. Legat. eodem lib. in Concilio Romano sub Calixto cap. 12. Illustrant Baronius anno 283. nu. 27. Antonius Augustinus libr. 2. de mend. Gratiani, dialogo 5. Duarenus dicto cap. 6. Etiam Episcopus dum alloquitur cum Canoniceis propriis fratres appellat, ut probat Cironius ad titulum de his qui sunt à Pralatis: & Pontifex cùm scribit Capitulo, hac formula ut solet, *Vobis filii Capituli,* cap. confitimus 11. de concess. prob. cap. 3. de testam. in 3. collect. Juxta quem Ecclesiæ usum pastim in hoc volumine Decretalium reperiuntur in Epistolis Decretalibus formulæ illæ, cùm Pontifex scribit Episcopis, Fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus; cap. ad audiencentiam, & pastim de rescript. cùm verò Cardinalibus, Discretioni vestre; cap. ad decorum, de institut. in 3. collect. cap. quia diversitatem, de concess. probend. cap. dilectus, de excessib. Pralator. Cùm autem Episcopi sunt tantum consecrati, eos filios appellat, cap. nosti, de elect. cap. 12. de accusat. in 1. collect. Principes autem sacerdetales semper filios appellat illustres, ut in cap. novit. ubi notavi, de offic. Legati: charissimos, ut in praesenti textu; gloriolos in cap. 1. de arbitris, in 1. compil. & illustrat Vivar. ad epist. nuncupator. Marci Maximi: Orthodoxos, ut probat Valdes de dignit. Regum, cap. 13. Itinmo & Concilia etiam provincialia Principes sacerdetales filios appellant. Concil. Brachar. 1. in proemio. Concil. Tolet. 4. probant, & illustrant Cironius in parat. ad hunc tit. & lib. 1. obser. cap. 17. Petrus Gregorius in proem. Decret. n. 4. & lib. 1. de rescript. cap. 48. Duarenus lib. 2. de sacr. Eccles. cap. 6. Franc. Valens cap. 1. concord. iuris Pont. in proem. Decretal. cap. 1. ferè per totum. Germionius in induit. Cardin. verbo Dilecto. Panciroli lib. 1. var. cap. 1. Barbola de potest. Episcop. p. 1. tit. 1. cap. 1. Caslar. de Eccles. hierach. disputatione 6. in princip. Acunna in cap. 1. 84. dist. & in cap. fratres, 86. dist. Nec absque ratione Pontifex Episcopos, Archiepiscoposque fratres appellant; nam illi Apostolorum successores pari consortio cum Divo Petro, & ejus successoribus honorem, & protestatem acceperunt, cap. in novo, 21. dist. qua: societas jura fraternitatis quodammodo in se habet, l. verum 63. ff. pro socio: & sunt in partem solitudinis vocati, & in executionem sacerdotalis officii coadjutores Pontificis sunt, cap. per venerabilem, §. sunt autem, qui filii sunt legit. Sic etiam Romani Imperatores solebant salutationem proponere in suis rescriptis, directam illis, quibus scribebant, quos amicos vocabant, hoc modo: *Ave charissime nobis, ut in l. 2. ff. de offic. Rel. Provinc. l. 4. C. Theodos. de oper. public. l. 5. eod. C. de privilev. eorum;* & cùm ad Praefectos Praetorio scriberant, parentes vocabant, l. 4. c. locati, l. 6. C. Theodos. de annonis, & tribut. l. 1. eod. C. de Episcopat. indict. Rectores vero provinciarum, & comites fratres. Majoranus in novel. de bon. caduc. ibi: *Enodi frater amansime.* Theodosius in novel. de tyronibus, ibi: *Isodore frater;* & in novel. de lampadariis, ibi: *Opiatio frater;* & in novelis de ambitu, de metatis, & patrimonialibus. Cassiodorus, lib. 6. epist. 21. ibi: Additur quod à Principe frater vocaris. Illustrant Brissoniū lib. 3. de formul. fol. 352. Savarus ad Sidonim lib. 1. epist. 11. verbo Verē habes. Est enim fratris nomen summi affectus, charitatis, & benevolentiae, *In nemo q̄s. §. 1. ff. de hared. instit.* Apulejus lib. 8. de asino aureo, ubi notavit Bercaldus. Quintilianus declam. 31. ibi: *Ceterè quoties blandiri volumus amicis, nulla adulatio ultra procedere hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus.* Quid est aliud fraternitas, quam divisus spiritus? Homil. 4. Apostolor. quæ est Eucherii, sub nomine tamen Eusebii circumfertur, ibi: *Fratres antem, sorores, patres, & matres, uxores, & filii dicuntur, non naturā, sed officio, & affectione; quos enim multum diligimus, fratres vocamus.* Frater enim, si vocis etymologiam spectes, teste Petro Nigidio apud Gellium lib. 13. nobilium Astic. cap. 10. dicitur quasi ferè alter. Plura congeserunt Haephtenus lib. 3. disquisit. monast. tral. 4. disquisit. 2. Claudio Espenceus ad D. Paulum in epist. ad Timoth. cap. 3. num. 16. Altamiranus in l. 1. C. de filiis offic. cap. 7. num. 69. Dorleans ad Tacitum lib. 2. fol. 92. Valenzuela tom. 1. confil. 98. Unde recte Innocent. docet in praesenti vitium falsitatis præsumi, si inverso hoc stylo in rescriptis Pontifex Episcopum filium, aut alios Ecclesiæ Pralatos, seu Principes sacerdetales fratres appellaverit. Aliud etiam indicium falsitatis deducit Innocentius.

centius ex eo, quod cum uni scriberet, plurali numero utebatur, cum stylus Romanæ Curiae sit, ut Pontifex in suis literis dum ipse loquitur, ob dignitatis reverentiam plurali numero utatur; erga eum vero cum quo loquitur, singulari, ut probant Solorzani tom. 2. de jure Indiar. lib. 5. cap. 12. Germanius de indul. Cardin. Servus Dei. Restau-

rus Castald. de Imper. q. 60. Licet priscis Ecclesiæ temporibus Pontifex singulare de se nomine, plurali cum ceteris loqueretur, ut constat ex epistola Gregor. Magni ad Eulogium relata in cap. ecce, dist. 99. & notavit Ex ea l. un. C. de palatis fol. 20. & 21.

CAPUT VII.

a Idem.

AD falsariorum confutandam malitiam jam alia vice recolimus b literas Apostolicas destinasse, in quibus falsitatis modos, ne quis se posset per ignorantiam excusare, meminimus plenius dixisse. Quia vero nonnunquam evenit, ut falsas literas exhibentes, postquam super his fuerint redarguti, ad excusationem suam se dicant, literas hujusmodi per alios impetrasset, de communis f. n. consilio duximus statuendum, ut qui literis nostris uti voluerint, eas prius examinent; quoniam si falsis literis se uos dixerint ignoranter, eorum sera poenitentia evitare nequit poenas inferius annotandus. Nos enim omnes falsarios, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus, & defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos, fluctuentes, ut clerici, qui falsarii fuerint comprehensi, omnibus officiis, & beneficiis ecclesiasticis perpetuo sint privati. Ita quod qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per ecclesiasticum judicem degradati, seculari c Potestati tradantur secundum constitutiones legitimas puniendi; per quam & laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitimè puniantur; & si clerici fuerint, officiis & beneficiis ecclesiasticis spoliarentur; sicut tamdiu maneant excommunicationi subjecti, donec satisfaciant compenter; ita tamen, ut in istis, & in aliis malitia gravius, quam negligentia puniatur. Quod & de iis, qui falsas literas impetrant, statuimus observandum.

NOTÆ.

- I. a **I**dem.) Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 4. nullibi tamen exprimitur cui rescribat Pontifex, & hanc constitutionem direxerit; quia in ea generalem legem condere voluit contra

falsarios: & ita ab omnibus generaliter observandam proposuit.

b **L**iteras.) Relatas supradictis.

c **S**eculari **P**otestati tradantur.) Verba haec, & textum exposui supradictis ad audientiam.

CAPUT VIII.

a Idem.

ACcedens ad presentiam nostram P. presbyter lator praesentium, suâ nobis infuante monstravit, quod cum olim nixus ab Archipresbytero, & Clericis de Casalinovo pro quibusdam causis, super quibus à te se fatebantur indebetè gravari, ad nostram praesentiam accessisset, nec posset pro eo, quod tunc temporis nos eramus infirmitate gravati, suas literas obtinere, moram apud Sedem Ap. faciendo, post paucos dies contigit ipsum etiam infirmari. Dum autem esset in lecto agritudinis constitutus, accessit ad eum quidam clericus de Casalinovo Azo nomine, qui tunc temporis morabatur in Urbe, & sub spe dilectionis, & gratia promisit ei se quas à nobis postulabat literas obtenturum: qui credidit verbo ejus: & expensas tribuit, quas pro literis ipsis se expensurum praefatus clericus proponebat. Tandem ad eum qualidam commissionis literas ad ven. f. n. Tranensem Archiep. & dilectum filium Abbatem de Coronata portavit: quas praedictus presbyter credens veras esse, & de nostra conscientia emanasse, ad judices detulit delegatos: cumque in praesentia ipsorum judicum tu literas argueres falsitatis, & sacerdos ipse, & alii Clerici de Casalinovo eas veras esse proponerent, tu easdem literas sub sigillo predictorum judicum ad nostram praesentiam direxisti: quas utique falsas esse deprehendimus manifestè. Pro quo tibi per scripta nostra mandavimus, ut illum, qui praefatas literas impetravit, officio, beneficio que suspensum ad nostram praesentiam dirigeres puniendum. Verum cum sacerdotem praedictum

predictum sua redderet conscientia innocentem, postquam tu eum officio, & beneficio suspendisti, ad nostram festinanter accessit presentiam ad suam innocentiam excusandam. Sed cum apud nos moram facere longioriem, & a nobis misericordiam postulareret, praefata falsitatis omnimodam ignorantiam proponendo, ipsum tamen cum literis nostris ad te duximus remittendum, ut misericordiam inveniat, quam precatur. Inde est, quod fraternitati tua per A. s. m. quat. si praefata litera, in quibus fuit falsitas deprehensa, formam de simplici justitia habuerunt, cum præsumi non debat, quod pro talibus literis, quæ de facili possunt a quibuslibet obtineri, fraudem commiserit falsitatis, ab ipso presbytero canonica purgatione recepta, quod conscientia non fuerit falsitatis, nec b. literis illis usus est, postquam eas falsas esse cognovit, tu ei divina pietatis intuitu officium, beneficiumque restituas, & eum super hoc ulterius non molestes: quia sicut justum est excessus corrigeret delinquentium, sic iniquum merito reputatur, si severitas poenæ puniat innocentes.

NOTÆ.

tus prout in præsenti transcribitur, additur Stephanus Archiepiscopo.

^a **[Dem.]** Ita etiam legitur in quarta collectio-
ne, fab hoc tit. cap. i. in epistolis vero edi-
tis Colonia lib. 2. fol. 226, ubi repetitur hic tex-

25

^b **[Literis usus est]** alias falsi crimen commi-
teret, juxta tradita in cap. ad audientiam.

CAPUT IX.

Idem Episcopo Roffen. Archid. Bathonien. & Magistro V.v. de Sancta
Fide, Canonico Vrubelen.

EX continentia literarum dilectorum filiorum N. Abbatis sanctæ Crucis de Waller, & Magistri Simonis de Suevella nobis innotuit, quod cum olim quæstio, qua vertebaratur inter dilectos filios M. Phil. de Ludelieve, ex una parte; & Robertum, & Vincentium clericos, ex altera, super Ecclesia de Streton, ipsis, & N. quondam Abbatii de Straford, a bona memoria C. Papa prædecessore nostro commissa fuisset; eodem Abbate pariter, & prædicto Vincentio de hac luce subtractis, prænominati duo judices juxta tenorem rescripti Apostolici procedentes, attestations, & allegationes utriusque partis diligentius audierunt: tandem cum renunciatum eis ab utraque parte fuisset, & secundum allegata definitiva esset sententia promulganda, contra Magistrum P. aduersa pars literas Apostolicas arguit falsitatis, & eas esse falsas sub periculo cause se firmiter assertur probaturam, sibi legem imponens, ut a causa caderet, nisi probaret evidenter falsitatem: & ne ulterius judices in causa procederent, Seden Apostolicam appellavit. Sapientio autem Phil. exhibente illum, per quem literas impetravit, & firmiter promittente, quod eas veras esse probaret, memoratus R. ab eisdem judicibus requisitus, ut aliquam notam exprimeret falsitatis, propter quam falsas esse literas proponebat, nihil aliud specificare voluit, nisi quod eas falsas dixit, & assertur a Cancellaria nostra nullatenus emanasse. Supradicti vero judices ab ipso R. juratoria cautione recepta, quod accusationem falsitatis prosequeretur, sicut superius est expressum, sequentem diem post Dominicam, quæ cantatur, Letare Hierusalem, proxima præteritam, ad prosequendum coram nobis appellationem interpositam, utrique partem terminum præfixerunt. Ceterum praefatus Rob. in termino prætaxato, ad præsentiam nostram accedens, super falsitate literarum, ac processu negotii, veritate suppressa, ut dicitur, a nobis ad prædictos judices literas impetravit, & nihil proorsus de falsitatis accusacione proponens, a Sede Apostolica furtivè recessit. Verum nos literas ipsas, quæ per darguta fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis signum falsitatis, vel suspicionis invenimus, nisi paucarum literarum rasuras, quæ nequaquam sapientia animum in dubitationem vertere debuerunt. Ideoq; discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis super his diligentius veritatem: & si vobis constituerit jam dictas literas a nobis suisce veritate tacita impetratas, & sapientum Rob. se se obligasse sub periculo cause, quod priores literas falsas esse probaret, cum inter ipsum, & adversarium suum quæstio personalis agatur, & quilibet abrenunciandi juri suo liberam habeat facultatem, ipsi Rob.

Rob. super prædicta Ecclesia silentium imponatis: alioquin partibus convocatis, audiatis causam, & ap. rem. fine debito terminetis. Datum Lateran. XIII. Kal. Nov.

NOTÆ.

- I. ^a [Dem.] Ita legitur in quarta collectione, *sub hoc titulo cap. 2.* & reperitur textus hic *in lib. I. epist. Innoc. epist. 400.* ex quo registro literam huius textus restituo. Causa præsentis textus contigit in Anglia, ubi extat Monasterium S. Crucis de Balkham constructum ab Haroldo Rege An-

glorum, ut referunt Mathæus Paris *in Willmo I.* continuator Bedæ *lib. 3. cap. 13.*

^b [Rasias.] Quæ attendi debent, præcipue extent in loco suspecto, iuxta tradita *in cap. 6.* de fide instrum.

^c [Renunciandum.] Ut probavi latè *in cap. 5.* diligenti, deforo compet.

TITULUS XXI.

De sortilegis.

CAPUT PRIMUM.

Ex Pœnitentiali Theodori.

Nb tabulis, vel in codicibus sorte c futura non sunt requirenda, aut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus observare. Quod si fecerit, XL. dies pœnitiat.

NOTÆ.

- I. ^a [Theodori.] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* & in Pœnitentiali Romano tit. 6. cap. 7. ita textus hic habetur *In tabulis, vel in codicibus sorte futura non sunt requirenda, ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes aliquas in aliquibus rebus observare.* Quod si fecerit XL. dies pœnitiat. Et cap. 20. ita habetur: *Requisiti sortes in codicibus, vel in tabulis, ut plures solent, qui in Psalterio, & in Evangelio, vel in aliis hujusmodi rebus sortiri præsumunt: Si fecisti, decem dies pœnitias.* Quæ verba etiam refert Burchardus lib. 19. Decreti: & retinendo illa verba 40. dies pœnitias. Papiensis in 1. collecti, *sub hoc tit. cap. 2.* De hoc Pœnitentiali Theodori, & ejus antiquitate egi *in cap. 3. de sortis.*

2. ^b [Tabulis.] In talibus, legitur hac in sexta collectione, sed utroque male; & legendum esse in taleis, observavit Cironius lib. 1. obser. cap. 3. talez enim sunt sectiones lignorum, vel prælegmina, teste Vartone lib. 1. de re rustica. Unde Nonius Marcellus cap. 8. dici ait rufico vocabulo *intertaleare*, idest dividere, vel excidere ramum ex utraque parte æqualiter præcissum. Unde quia in his lirculis, & ramis sortes inquirebantur, ideo rectius legendum est, *in taleis.* Morem hunc sortes inquirendi expressit Tacitus de morib. Germanorum, his verbis: *Sortium consuetudo*

simplex. Virgam fructifera arboris decimam in surculos amputare, eosque noctis quibusdam dicens super candidam vestem temere, ac fortius flagrare: mox si publicè consulatur, sacerdos civitatis? si privatum ipse pater familias precatus Deos, columnæ suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante noctam in erpectatur. Similem Sinarum divinationem describit Joannes Mendoza Episcopus Liparensis lib. 2. Histor. Sinarum, cap. 4. Philippinenium Ignatius cap. 8. Itinerarij.

^c [Futura.] *Futura* legitur in hac sexta collectione, sed male; nam per has sortes *Sanctorum in codicibus, & libris sacris non futra inquirebantur, sed futura requirebantur: quæ lectura suaderet ex verbis sequentibus, ibi: Nec divinationes aliquas. Facit canon 4. Concilij Aquilgran. celebrati tempore Caroli Magni, prout habetur tom. 17. Concilior. pag. 45. ibi: De codicibus, vel tabulis requirendum, & ut nullus in Psalterio, vel in Evangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec divinationes aliquas observare.*

^d [Quadragesita dies.] *De hac pœnitentia, & ejus forma egi in cap. accus. sibi, de accus.*

COMMENTARIUM.

EX hoc canone prout facit in Pœnitentiali, se- 4. quens deditur assertio: *Sortes in libris, vel Conclu- tales profunoris sciendis non sunt facienda. Pro- ficitur, ideo rectius legendum est, in taleis.* Morem hunc sortes inquirendi expressit Tacitus de morib. Germanorum, his verbis: *Sortium consuetudo*